Quæstio Medica quodlib. Disp. excutienda In Sch. medic.[rum]

die Jouis 5 Januar. Clariss. Viro D. Dreux D. med. Moderatore, Canonico et magno Archidiacono Ecclesiæ parisiensis

Estne Aëris, quàm Cibi et potus necessitas maior?

Corporis humani omnium temperatissimi substantia nunquam stabilis quantitatis, et qualitatis magnam assiduo jacturam patitur, propter perdendum dum effluxum quem tum internus, tum externus calor accelerat, et propter mutationem variam molioris primas temperaturas quam semper inducit; jactura inevitabilis quidem sed tamen separabilis est, fomite semper ad se comparato, qui nisi succederet de vita brevi actum foret. Natura sapiens sagax, et provida nihil unquam sine causa molita est, ut quam diutissime servaretur cibo potuque illi studuit per nutritionem, et aëre per respirationem, utrumque fecit adhuc in utero non minus quam in lucem edito necessaria et jacturas sarciendas convenientem.

Nutritio omnium quas vivum corpus facultatis naturalis opus est, quae hepati insita nunquam otiosa in partes vult atque adeo in venas per venas cum spiritu fusa, et per somnum quam per vigilias facilius agitur solita cibo et potu pro materia utitur. Respiratio vero eorum tantum quas cor habet propria, ab animali facultate, et cerebro sensus motusque unico principio in nervosas tantum partes deducta media quidem sublevatur, per musculos exercetur et vigilantibus quam dormientibus facilior, aëre [illegible] solum.

Cibus consistentias solidas suas ac viribus dicatus plerumque auget, moderatus conservat, et tenuis imminuit: ac potus humidas familiarior reddens quam cibus reficit. alimentum porro cum omni corpori alendo differt fit, per sua varia mutationibus successivis deinde per humidas naturam induat. Itaque a ventriculo in chylum vertitur caloris ope, deinde a parenchymate hepatis in sanguinem non semel verum quatuor elementis analogos complexus, a venis in quibus tamen pituita elaborata in se ipsum albior potest. denique hic humores 4 totidem elementis analogos complexus, vadit omnium partium eorundem alimentum per assimilationem, agglutinationem et assimilationem quas si non fiant atrophia sequitur.

Aër nonmodo ut fugandum se ipsum reparet sed etiam ut refrigeret (refrigerat autem inspiratione, et expiratione) adducitur, et excluditur, qui vehiculum cum sanguine quoque fit, dum arterias suo motu se ipsum admittat, reddunque; non tamen aliquo proficit, nec pari utilitate. qui substantia purus est, et qualitate temperatus omnibus salutaris, neque semper perniciosus est sed utilis, qui contrariis natis et morbis est contrarius. Impurus et maligna qualitate omnibus lethalis, spiritus primum deinde humores, postremo partes inficiens popularium morborum haustu et contactu est author.

Cæterum vita à respiratione inseparabilis cum aëris beneficio carere nequeat, sine cibo et potu multos dies perdurare potest, ab inedia saepe magnum sentiens adiumentum. aëre semper negato praesentius periculum est ab apoplexia, quam ab inedia, cibo subtracto; et mortis ab illo consecuto pestilens febris, quam ab hoc cacochymia. præterea aëre non tantum inspirato, sed circumfuso quoque; vita indiget, quas cibo et potu assumptis contenta est, denique aër partes principes promptius quam illum alimentum reparat et reficit.

Ergo Aëris, quàm Cibi et Potus necessitas maior.

Asserebat Carolus Preuost Atrebas. 1589.

Domini doctores disputaturi.

m. Petrus Piart.
m. Ægidius Girard.
m. Nicolaus Tabot.

M. Antonius de Cappe.
m. Joannes Grouft.
m. Simon Pietre.

m. Ludouicus Cochin.
m. Ludouicus Robineau.
m. Petrus Laffilé med. Reg.

F.E.P. BIBLIOTHÈQUE